



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XXXI. Cùm uerò esset solus, interrogauerunt eum qui circa illu[m] erant cum duodecim, de parabola, & dicebat illis: Vobis datu[m] est nosse mysterium regni Dei. Illis autem qui foris sunt, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

placuit que ad verbi Dei studium spectant, ea autem in pretio habentur, quae cum verbi doctrina
placuit, & hominum mentes à fide & saluari celestium rerum consideratione auocare solent.

Alterum, quod rem praestantissimam similitudine siue parabola, & ea quidem è vulgo perita ac
vniuersis nota, comprehendit. Et hoc frequens admodum in scripturis, maxime apud prophetas, qui
rei maximi momenti, & quae captum nostrum superant, hoc docendi genere proponere & illustrare
conueniunt. Et hoc Christus quoque imitatur, qui nobis à Deo patre doctor datus est. Obseruanda aut
hoc Dei bonitas, qui ita se captui nostro accommodat, qui natura obfusor est, quam vt ea per
cipias, quae sunt spiritus Dei. Et elucet hic simul hominum ingratitude & improbitas, qui nihilomi
no Dei verbum fastidiunt, & salutis rationem, quae hoc traditur, incertam & obscuriorem esse con
ferunt, quam vt à quoquam intelligi queat. At quomodo vel incertum vel obscurum esse dicitur,
quod similibus & exemplis vulgaribus & vulgo notis adumbrari, & (vt ita dicam) ad oculum de
monstrari potest? Fatemur quidem multa hodie in fidei & salutis negotio perplexissima esse: sed id
vniuersum culpa & vicio sit, qui rem simplicissimam superuacaneis questionibus & spinosis disputa
tionibus involunt. Similiter hic illorum quoque stultitia arguitur, qui idola & imagines hoc nomine
defendant, quod rudioribus ad institutionem & memoriam seruiant. Atqui non negamus, nobis
propter ingenij nostri ariditatem externis signis opus esse, quibus ad celestium mysteriorum con
siderationem excitemur. Simul verò hic Dei fidem & bonitatem agnoscimus, qui nobis hac in re opti
mè consulit. Quid enim obsecro in tota rerum natura dabis, quod non spiritus sanctus per parabola
las suas consecrari, vt nostrae institutioni seruiat, & nos tum pariter per Christum salutis, cum officij
admoneat? Siue enim agriculturam videas, siue rem militarem, siue rem domesticam, siue piscatio
nem, siue mercaturam, siue coniugium aut nuptias, mox parabole occurrunt, quibus inde desumptis
scripturae salutis nostrae mysteria illustrant. Ita si lucem, viam, ositium, panem, fontem, vicem, agnum,
lucem aut petram videas, mox de Christo cogitandi occasio sese offert, qui se lucem mundi, viam
ad patrem, ositium ecclesiae, panem vitae, fontem aquae viuentis, agnum et petram esse proficitur. Hac
cum passim in sensus nostros incurrant, quid opus fuerit, his neglectis, simulachra lignea aut lapidea
figere, quae cum veteris tum noui Testamenti auctoritate damnantur? Sed alibi fortassis commo
tur de his dicendi occasio dabitur. Nostrum fuerit, Dei bonitatem agnoscere, Christum amplecti,
& ab illius doctrina pendere, & fructus proferre dignos, vt cum eodem nobis in caelis regnare detur;
cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Christus docet
per parabolas.

1. Cor. 2.

Aduersus imā
ginum patro
nos.

Ioan. 1. 4. 6. 7.
8. 10. 14. & c.
Math. 16.

H O M I L I A X X X I .

Cum uerò esset solus, interrogauerunt eum qui circa illū erant cum
duodecim, de parabola, & dicebat illis: Vobis datū est nosse mysterium
regni Dei. Illis autem qui foris sunt, per parabolas omnia fiūt, ut uiden
tes uideant, & non cernant: & audientes audiant, & non intelligant: ne
quando conuertantur, & remittantur eis peccata.

Domini & saluator noster Iesus Christus in frequenti populi cœtu parabolam de semine & se
Argumentum
minatore proposuit, qua omnia ferè comprehendit, quae ad verbi Dei considerationē faciunt, & usus presen
tis loci.
tali docet, quae causa sit, quod pleriq; hominum illud non magno cum fructu audiant, & quales
sunt conueniat auditores, qui illud sibi salutare esse cupiunt. At quia parabolam hanc pauci intelle
xerunt, illam ipse postea explicat. Vbi non temerè aliquis miretur, quod ita loqui voluerit Christus,
vt non ab omnibus intelligi poterit. Ceterum causam omnem ipse in presenti discipulis exponit: qui
locus docet, hominum improbitate fieri, quod uerbum Dei aliquando obscurius proponitur: eandem
vero uicem & pijs nequaquam fraudi esse, qui non fucato Veritatis cognoscendae studio tenentur,
quorum exemplum in discipulis habemus.

Et enim cum parabolam non intellexissent, occasionem captant, qua illius sensum addiscere pos
sint. Cumq; dimissis turbis solus cum illis esset Christus, vnà cum alijs quibusdam familiaribus ipsius
illum accedant, & parabolam sibi exponi cupiunt, simulq; rogant, quare parabolis inter docendum
Discipuli Chrē
stum de parabo
la interrogant.
Matth. 13.

Ingenij humani tarditas.

Ioan. 3.

Rom. 1.

Discipuli exemplum pie diligentie.

Isaie 55.

Matth. 7. & c.

Psal. 25. 51.

119. & c.

Modestia discipulorum.

1. Cor. 14.

Christus ueritatem querentibus respondit.

Isaie 6.

Duo auditorum uerbi genera.

Matth. 25.

Oratur. Vbi nobis ante omnia occurrit, quanta sit humani ingenij tarditas in ijs, que ad salutem nostram pertinent, cum in ijs, que corporis vel necessitati vel etiam voluptati seruiunt, acutissimi et perspicacissimi esse soleamus. Quin et ea que sunt spiritus Dei non percipimus, si nulla proponatur. Ita ne tunc quidem illa intelligimus, si externarum rerum similitudinibus adumbrantur. Cuiusmodi ingenij ignorantia est, quod terrenis addicti, latentia sub his regni celorum mysteria non obseruamus. Et sane mirum uideri poterat, Apostolos post diuurnam cum Christo conuersationem, in illis adhuc hessisse, quae prima uerba pietatis rudimenta sunt, nisi eandem stupiditatem in Nicodemum, celeberrimo gentis Iudaicae doctore, Christus alibi notaret, cum de regenerationis mysterio nimis pariter interroganti dicit: Tu ne es magister ille in Israel, & haec ignoras? Et notum est, quod de gentium philosophis Paulus scribit, qui cum ingeniosissimi essent, tamen in ijs quae Deum & cultum Dei, & uniuersam salutis rationem spectant, nimis turpiter hallucinati sunt. Et uinum non eius generis exempla inter Christianos extarent, qui iam seculis aliquot non paruam uerba pietatis uoluntatem habere, postquam fidei & religionis mysteria ad humane rationis calculum examinare ceperunt. Agnoscamus ergo hanc nostri ingenij infelicitatem, ne quid temere ex nobis ipsis statuamus in ijs, quae ad fidem & Dei cultum spectant, sed rationem & intellectum carnis omnem Dei uerbo per fidem obedientiam subijciamus, cuius obedientiae exemplum memorabile praebent discipuli, si quid illi fuerit probe ex amines.

Poterant enim illi aliorum exempla sequi, & officanter ea negligere, vel etiam contentiosius studire quae minus intelligebant, cum uulgo imprudentes habeantur, qui plus alijs sapere uolunt. Inde cum ignominia aliqua coniunctum esse uidebatur, si suam ignorantiam ipsi profiterentur, quam ante in hoc seletti erant, ut ad docendum emittentur, ut illud omittam, quod hoc illorum ignorantia aliquam reprehensionem merebatur. At facile haec omnia vincit ueritatis cognoscenda fides, quo toti flagrabant, nec de ijs interrogare pudet quae ignorabant. Imitemur hos, nec pudet illi quae nescimus. Quia enim omnibus innata est ignorantia, tunc demum turpis censetur, & excusanda est, quando crassa & uoluntaria fuerit. Excitet autem nos Domini praecipuum, qui nos quaerit, & diligenter in uoluntatis suae seruatione uersari. Quod olim Dauid Rex & prophetae praesens obseruauit, quando hoc vnus subinde perit, ut Deus suas uias & sua iudicia sibi manifestaret. Qui ardor, si hodie etiam omnium animis insideret, non tansa esset mysteriorum saluus ignorantia, & regnum Dei maiores ubique progressus faceret.

At simul laudem meretur discipulorum modestia, qui Christum non in hominum turba inuestigant, nec docenti intemptius questionibus molestiam exhibent, sed priuacim saluam interrogant. Suo igitur exemplo confutiant nostri seculi Anabaptistas, qui Pauli loco ad Corinthios abierunt, quibusuis non interrogandi modo, uerum etiam publice docendi epipiam fieri uolunt, nec alia de uerbis tumultuantur, quam quod ipsis in ecclesiasticis conueniunt loqui non liceat, cum tamen non prophetae sint, nec interpretes, nec linguarum aliquam cognitionem habeant.

Porro Christi responsonem audiamus, qui discipulis quidem amice admodum per abolea inuestigationem pollicetur, alios uero illa indignos esse docet, idque Isaie propheta testimonio probat. Quia tamen omnia apud Mattheum leguntur, qui Christi uerba sic recitat: Uobis datum est mysteria regni celorum, illis autem non est datum. Quisquis enim habet, dabitur illi, & reddetur ei ultra. Quisquis autem non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo. Propterea per parabolis loquitur illis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, nec intelligunt, & completur in illis propheta Isaie, quae dicit, Auribus audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uideritis. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos suos oculos claustrunt, ne quando uiderent oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent, & conuerterentur, & sanaretur sibi dato recte ueruntur. Sed de his modo diximus. Alterum Iudeorum, quos hic exerte uocamus, ed quod repudium iam meruerant, & proinde merito a regno Dei alieni censentur. His omnia obsecutus proponi ait, quia propter uoluntariam ignorantiam indigni sint, qui Dei uerbo & spiritu illuminentur. Ne quis uero illorum exemplo offenderetur, cum inter hos praecipui essent, scribae & pharisei.

uidentes
cem flup
runt, nec
aduersus
Euangeli
malum
pradice
cent: Qu
dem uoc
ingredia
uenerunt
cula, qu
pradice
illa rect
uit, uol
seruare
Pr
dicit, D
plea eo
fuit haec
uerunt
Euangeli
stendit
num gen
& solum
tatis cor
eclian
ras, sac
profiter
content
gere per
sua illu
Sed
dicent,
nullis r
suis, qu
reclian
cipia, q
glorian
mam in
fortium
& affe
biste su
sibi uir
que Ch
tenebre
resant
conuici
At
su. Pr

credentes, quorum maxima erit apud omnes auctoritas, non novam esse docet hanc illorum contumacia
 rem supradictam, sed auctam, adeoque hereditariam, quam in illorum patribus olim propheta & aza-
 rius, nec in posteris adduc cessaturam praedixerunt. Ad eundem modum Paulus etiam hoc Isaie loco
 advertebat Iudaeos videri. Ita vero docemur, quid nobis quoque spectandum sit, quando hodie pauci
 Evangelium vere audiunt, multi etiam illius praedicatione deteriores fiunt. Cogitemus veteris hoc
 malum esse, cuius semina ex primis parentibus nobis inhererent, & hoc fore olim quoque spiritus sanctus
 praedixit. Isaia certe de Christi mysterijs vaticinaturus, de credentium paucitate conqueritur, di-
 cent: Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Et Christus multos qui-
 dem vocari, electos autem paucos esse ait, qui per asperam viam & angustam portam regni caelorum
 ingrediuntur. Idem novissima temporibus Noe & Loth similia fore dicit, sic ut ipso ad iudicium
 veniente rarum admodum in terris fidem sit reperiturus. Omisso brevitate studio Apostolorum ora-
 cula, quibus illi horribilem ecclesiae ruinam, multorum defectionem a fide, et Antichristi tyrannidem
 praedixerunt. Quid ergo hodie offendimur? Quin potius verbi divini veritatem agnoscamus, & de
 illa recte recipienda & constantiter retinenda serio cogitemus, ne eadem incredulitas, quae Iudaeis no-
 cuit, nobis quoque exitium afferat. Id quoque facilius vitemus, in Iudaeorum exemplo tria diligenter ob-
 servare conveniet.

Act. 28.
Rom. 15.

Isa. 57.
Matth. 7.
20. 22.

Luc. 17. 18.

1. Timoth. 3. 4.

2. Thess. 2.

Primum, quod & quale horum peccatum fuerit, quibus veritatis cognitionem Christus negari
 dicit. Docet hoc ipse, quando videntes non videre, & audientes non audire, nec intelligere ait. Et pro-
 pterea eos aures suas obturasse, & oculos oclusisse scribit, ne audirent vel viderent. Voluntaria ergo
 fuerit.
 fuit haec illorum ignorantia, vel potius contumacia ignorantiae retinenda studium, quo eorum similes
 fuerunt, qui cum aures & oculos habeant integros, ipsam tamen audire & videre nolunt. Et sane si
 Evangelicam historiam legas, tales fuisse comperies, quando nec doctrinae evidentia, nec miraculorum
 splendore vincam vinci potuerunt, ut veritati agnoscere testimonium ferrent. Vincam vero hoc homi-
 num genus cum Iudaeis interisset, & non hodie etiam passim inveniretur. Ersi enim Evangelij sonus
 & splendor omnium prope aures & oculos ita feriat, ut nonnunquam incautus aliqua excidat Veri-
 tatis confusio, isdem tamen mox se nibi videre aut intelligere posse conqueruntur. Quid, quod inter
 veterum antistites non pauci sunt, qui inter nostri seculi controversias de fide & religione, scriptu-
 ra sacras execrantur, & ab illarum lectione abhorrent, ne quando aliquam veritatis cognitionem
 profiteri cogantur? Et his quidem patrocinantur principes, qui propria caecitate & ignorantia non
 contenti, in super fidei commissum populum nec conciones Evangelij audire, nec libros sacros le-
 gere permittunt, denique Dei verbo quantum in ipsis est aditus omnes ocludunt, ne quando per il-
 lud illuminentur & salvi fiant.

1. Peccatum
Iudeorum quales
fuerit.

2. Causa peccati
Iudeorum

Math. 22.

Sed hic secundo loco huius exitialis contumacia causam novisse oportet, quam propheta exprimit,
 dicens: Incur assatum est cor populi huius. Sic vero vocat animos, qui in peccatis tra obduraverunt, ut
 nullis vel admonitionibus vel minis emolliri queant: quales in nuptiarum parabola eos describit Chri-
 stus, qui cum se invitari sciunt, tamen propter vixores dulas, & boues sine agros emptos, venire de-
 clarantur. Intelliguntur autem libidinis, avaritiae, intemperantiae & omnis generis vitiorum man-
 cipales fuisse constat Iudeorum scribas, quos alibi credere non posse Christus testatur, quod suam
 gloriam & suum commodum querant, nec villo gloriae Dei studio tangantur. Et sane, ubi semel in ani-
 mam induxit homo carnis affectibus obsequi, frustra illum ad Christi nuptias & caelestis regni con-
 sultum vocaveris. Nec alia hodie causa est, cur plerique Evangelium fastidiant, quam quod carnis
 & affectuum carnalium studijs toti immersi, Veritatis doctrinam ferre nec volunt nec possunt, quam
 hinc suis studijs adversari vident. Et hi quidem cum ipsi volentes corda sua aggravarent, ipsi quoque
 futuritius auctores sunt, nec habent quod de Deo & iudicijs ipsius conquerantur. Haec enim (in-
 quit Christus) est condemnatio mundi, quod lux venit in mundum, sed homines magis dilexerunt
 tenebras, & Ioan. 3. In quorum numero cum primis censeretur deberent, qui hodie magnis clamoribus
 reserant, se meliora edoceri nolle, & omne de fide disputationem consulto fugiunt, ne veritatis luce
 communitatis superstationes suas cogantur relinquere.

At tertium hic est, ut multiplicem illorum panam videamus, si vel huius consideratio terrere pos-
 sit. Primum haecideo venire dicit Christus, ne quando convertantur qui tales sunt, & peccatorum re-
 titi Iudeorum.

3. Pena peccati
Iudeorum.

1. Sam. 2. 24. 26. & c.

Matth. 21. Luc. 13. 19.

misionem inueniant. Quibus verbis discretè restatur, illos in spiritum sanctum peccare, quod sua peccati genus non remittitur, ut nuper vidimus. At qui horrendum est, hominem eo se peccato agnitam veritatem non recipiunt, ipsius gratiam proculcant, & salutaribus spiritibus sanctis suis reluctantur. Exempla huius iudicii in Pharaone, Saule, filijs Eli & infirmis alijs habentur, quos nulla vnquam admonitio, nullus etiam diuina ira sensus, nulla deniq; propria conscientia gestio mouere potuit, ut ex animo conuerterentur, & peccatorum remissionem inuenirent. Nomen Dei iudicium hic gradum sistere poterit. Si qui enim tales sunt, ab illis simul regnum Dei datur, & ijdem extremo excidio male pereunt. Hoc ipsum enim eodem loco Isaias docet. Cum enim dicit hoc Dei iudicio interrogaret: Quò vsq; Domine? respondetur illi: Donec vastata fuerit terra, & nemo sit qui inhabitet, et in domibus nullus sit homo, cellusq; redigatur in solitudinem. Quod autem Dominus ablegabit homines, eritq; desolatio multa in terra. Quod & ij, quos modo nominauimus, & Iudæorum genti vnuerse accidisse, historie docent. Nam non ita multis annis post Christum in caelos discessum, primò quidem continuis seditionibus attriti, tandem verò Romanorum armis pugnati fuerunt, qui euerjis vribus terram totam vastarunt, que in hodiernum vsq; diem hanc seueritatis & maledictionis signa ostentat, & Iudæi in toto orbe dispersi, veritatem diuinitus abundè confirmant. Docent hæc, quid nostri seculi mores mereantur, quando nimis vultuaria & cacatio illa & voluntaria ignorantia, que Iudæis excidium attulit. Discamus ergo de Deo magnificè sentire, ut vero illius studio inflammati, quotidie proficiamus in Christo Iesu, cui hæc benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A XXXII.

Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Seminatore ille uerbum seminat. Hi uerò sunt, qui luxuriam excipiunt ubi seminatur uerbum, confestim uenit satanas, & auferit uerbum, quod seminatum est in cordibus ipsorum.

Argumentum & usus presentia loci.

Quamuis Deus per uerbum suum omnia ea proponat, que ad nostram salutem faciunt, stat tamen non omnes salutè consequi, qui uerbum illud audiunt. Quò fit, ut multi homines an Dei uerbum sit quod prædicatur, & tandem incurabili multorum malicia ostensi, illud contemnunt. Huius malo ut occurrat Christus, parabolam de semine proposuit, qua docet, si uerbum semen bonum esse, hominum autem uicio fieri, quòd non ubiq; fructu ferat: & simul que illud non sint docet, que fructum impediunt. Et licet propter incurabilem & uoluntariam ludæi uicium parabolam uerò uoluerit, eandem tamen discipulis, de uero illius sensu querentibus interpretari, quos uerò ipsos sibi ignorantie & interitus auctores esse ostendit. Audiamus ergo Christi interpretationem, ut quid nobis in audiendo Dei uerbo uel omittendum uel faciendum sit, intelligamus.

Christus discipulo iam ignorantiam perstringit.

Priusquam uerò illam aggrediar, discipulorum ignorantiam aliquo modo repræsentabo. Hic mihi finis esse uidetur, ut discipulis suam ipsorum ignorantiam ob oculos struas, & ad altioris considerationem eorum que dicturus erat, excitet. Ita uerò simul omnes nos uerbi simplicitatis admonet, qui cum philautie malo inebriati nobis ipsis egregie sapere uideamur, ea præsertim de nostre salutis rudimenta percipimus, licet per res uulgo notissimas aduidentur. Hæc duo nobis obseruatu dignissima occurrunt.

Dei uerbum exponi debet.

1. Cor. 14. 1. Cor. 2. 8. Sam. 12.

Primum, Dei uerbum non modo simpliciter recitari, uerum etiam exponi, et per explanationem ditoribus applicari debere, ut singuli illud ad se pertinere intelligant. Postulat hoc partim uerbum uni præcipuus usus, qui est ut nostra institutioni et edificationi seruiat, partim ingenij nobilitas atq; corruptio. Ut enim noster intellectus ea non capiat que sunt spiritus Dei: ita ferè carnis uerbis & cogitationibus uanis scelerumq; blanditijs irretiti, que dicuntur, ad nos nequaquam penetrerent, si non per prophetam. Cuius rei exemplum in Dauid habemus, qui Nababur prophetam per